

DE RECTITUDINE CATHOLICE

Gloria repente surripiat inimicus, vel per fatum incuriam serpat ad animam aduersarius audius: Et cum in sensu vobis turpem suggescerit cogitationem, proponite vobis futurum iudicium, inferni supplicium, gehennae poenas, tartari tenebras, quæ impij patientur. Si haec feceritis, statim turpis cogitatio euaneget, nec vos deferet misericordia dei, quia verum est quod Prophetæ canit. Sperates in domino misericordia circundabit. Sed cum haec omnia, auxiliante domino, impleueritis: scitote quia hoc moleste accepturus est diabolus, quod videt vos à societate sua discedere, & ob hoc fortasse aliquas nequitias aut infirmitates vobis immittet: nolite propter hoc desperare, quia ad vos probandos permittit hoc deus fieri, ut cognoscat si ex toto corde vos ad eius misericordiam tenetis, vel si veraciter in eum creditatis. Sed vos cuncta patienter suffert, & deum in omnibus benedicte: vt in vobis possit impleri quod scriptum est, Beatus vir qui suffert temptationem. Consoletur vos & hoc quod dicit Apostolus, Qui cum tribulamur, à domino coripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Necnon & illud, Proverbi.3. Flagellat autem dominus omnem filium quem recipit. Et illud, Quos deus amat, corrigit & castigat. Quod si sensu vel bis nequitias quas immittit, viriliter atque fideliter pro dei amore sustinueritis, ita ipsum dominus à vestra infestatione dignabitur expellere, vt viterius vobis nunquam possit nocere. Ita ergo si veri & non falsi Christiani es sis, diabolicas circumventiones fugite & despiciete, & tota mente ad deum tendite: & quæcumque aduersa vobis inimicus immiserit, patienter & fortiter toleretis. Nam & si per sortilegos aut diuinis aliqua prædicta fuerint, & ita euenerint, nolite mirari, quia spiritus per aera volantes, facile possunt videre aliqua futura. De hac re diuina scriptura testatur dicens, Etiam si vera vobis dixerint, nolite credere eis: tentat enim vos dominus deus vester, utrum timeatis eum vel non. Illud autem scitote, quia nec vos, nec aliquid quod ad vos pertinet, lædere potest inimicus, nisi quantum permisit deus. Permittit autem hoc deus, quia peccata hominum hoc exigunt. Permittit autem duabus de causis, aut ut probet si boni es sis, aut castiget si peccatores. Sed qui patienter dispensationem dei sustinuerit, cum perdiderit aliquid: dicat, Dominus dedit, dominus absuluit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen I domini benedictum. Pro ista patientia, aut coronam recipiet si iustus est, aut indulgentiam, si peccator. Quod si muraria aterit, vel delaperatur, rerum pariter & animæ damnatione incurrit. Sed mihi credite fratres, quia si ex toto corde & semper in timore dei permaneritis, & præcepta eius custodieritis, ita quod nihil ex gentili consuetudine obseruetis, nihil iam inimicus nocere poterit, sed omnia vestra prosperabuntur. Recte enim Christiano nec auguria, nec figura aliqua nocere possunt, quia ubi signum crucis cum fide & timore dei præcesserit, nihil ibi poterit nocere inimicus: tepidis vero & negligentibus ideo nocere possunt, quia reliquantes dei præcepta, per vitæ suæ negligientiam prava opera exercendo, ipsi se dæmonum potestate sponte trahunt voluntate, qui si in servitu Christi perseuerarent, & per eius auxilium sollemmodo confidenter, nihil prolsus paterentur mali. Haec ergo scientes, totis vobis viribus ad eius misericordiam tenete, opera bona semper agite, & de substantia vestra pauperibus erogate: qui plus habet, plus tribuat: qui verius minus, de hoc ipso largiatur: beat⁹ & hilaris unusquisque quod prævaleret, tribuat, quia nimis gaudet multum, quia qui dat parum, accipiet multum: Mattheus.19. sicut dominus ad apostolos dicit, Ceteri accipiunt,

Psal.31.

Iacob.1.

1.Cori.11.

Proverbi.3.

Hebrei.12.

Deut.13.

Iob.1.

Roma.2.

Mattheus.19.

K & vitam æternam possidebit. Det igitur nummum, K & comparat coeleste regnum, det parvam pecuniam, & emit vitam æternam. Teneat ergo vos ad elemosynam, quia scriptum est, Eleemosyna à morte liberat: & qui ea fecerit, non ibit in tenebras. Vnusquisque quantum prævaleret, tantum porrigit. Qui habet aurum, det aurum: & qui argentum, argentum: qui vero non habet pecuniam, cum bono animo det pauperibus buccellam: & si non habet integrum, ex eo quod habet, frangat, & partem egeno tribuat. Sciat, quācum parvum tribuerit cum bona animo, deo accepibile erit. Dominus enim nō copia largitatis, sed benevolentia & devotione largientis delectatur & pascitur. Ut autem nullus pauper ab elemosyna se excusare possit, ipse dominus pro calice aquæ frigidae se mercedem esse redditurum promisit. Qui enim a domino plures facultates accepit, magis utique iudicij periculis sustinebit. Potuit nempe deus omnes diuitias facere, sed pauperes in hoc modo esse volunt, vt diuitiae peccata sua redimerent. Redimite ergo vos charissimi dū habetis precium, date elemo synam de bono & iusto labore, & nō alterius rapina. Audite modo ante fores vestras pauperes rogantes, vt & ipsi pro vobis in die iudicij rogent. Prophetam audite clamantem, Qui auerterit aurem sua ab ego, & ipse clamabit, & non exaudiat eum dominus. Date ergo deo quod vobis dedit, quia ipse accipit quod pauperibus datus. Ipsi quidem datus, sed vobis in futurum transmittitis, non vt vētrem impleatis, sed unde flamas extinguiatis: quia sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum. Hinc dominus & per Prophetam dicit, Dabūt singuli redemptionem animarum suarum, & non erit in eis morbus nec calus. Date ergo dum licet accipere redemptionem animarum vestrarum. Redimite vos ipsi dum viuitis, quia post mortem nemo vos redimere potest. Vnusquisque de quali ingenio vel artificio vivit, de ipso decimam deo in pauperib⁹ vel in Ecclesiis donet: consideret, quia omnia dei sunt per quæ vivit, sive terra, sive flumina, sive semina, vel omnia quæ sub cœlo sunt, vel super cœlos. Et si ipse nō dedisset, nihil vtiique haberet: nam deus qui dignatur totum dare, decimam de sua dignatur nobis repetere, non sibi penit⁹, sed nobis profuturam: sicut ipse promisit per Prophetam dicens, Inferte, inquit, omnem decimationem in horris meis, & probate me in his, dicit dominus: si non aperuero vobis fructus quæ possidetis super terrā, quod cognolitis deo placere. Nolite de cuncta substantia vestra fraudare decimam, ne vobis nouem partes auferantur, & sola decima remaneat. Conuertimini adhuc, dicit dominus, vt aperiā vobis cataractas cœli, & effundant super vos benedictionem meam: Si igitur dederit vobis voluntarie, plus semper dominus dabit vobis. Si non dederit quicunque pauperes in quibus locis habitatis, fame mortui fuerint, tantorum homicidiiorum rei eritis. Insuper immittet vobis dominus pestilentiam & famam, & perdetis totum quod habetis, nec nō & animæ vestras. Ut autem haec vobis non veniant, festinate cum bono animo dare unde animas vestras possitis redimere. Ne eligatis cui misericordiam faciatis, ne forte prætereatis eum qui meretur accipere, quia nescitis si Iesus dignatur aduenire. Scitote, quia quod pauperi datus vel peregrino, sedet in cœlo datus: qui dixit, Qui vos recipit, me recipit. Et, Matt.10. Quādū fecisti vni ex minimis meis, mihi fecisti. Inter haec autem omnia, quæ dominus præcepit exerceri bonitatem opera, nihil querit à vobis, nisi salutem animarum vestrarum, & vt custodiatis eius mandata. Quod si feceritis, dabit vobis, sicut per Moysen pollicitus est, plumbas cōgryuo tempore & terra vestra gerim gignet suū, eritq; abundatia fructuum, pomorum,